UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

115. Ficus execrata continuò exarescit: & eijciuntur negotiantes in Templo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

CAP. 115. Ficus execrata continuò exareſcit: & eijciuntur negotiantes in templo. Matth. 21. 113. *Mar. 11.* 113. *Luc. 19.* 114.

S. Matthæus.

ET intrauit Ieſus in tē-
plū Dei, & eiiciebat
oēs vēdētes & emētes in
tēplo, & mēſas numula-
riorū, & cathedras vēdē-
tiū colūbas euertit: & di
cit eis, Scriptū eſt: domus
mea, domus orationis vo
cabitur: vos aūt feciſtis
illā ſpeluncā latronū. Et
acceſſerūt ad eū cęci, &
claudi in tēplo: & ſana-
uit eos. Vidētes aūt prin
cipes ſacerdotū & Scri-
bæ mirabilia quæ fecit,
& pueros clamātes in tē
plo, & dicētes, Hoſanna
filio Dauid: indignati ſūt
& dixerūt ei, Audis quid
iſti dicūt? Ieſus aūt dixit
eis, Vtiq;. nūquā legiſtis,
Quia ex ore infantiū &
lactētium pfe:iſti laudē?
Et relictis illis, abiit fo-
ras extra Ciuitatē in Be
thaniā: ibiq; māſit. Manē
aūt reuertēs in Ciuitatē,
eſurijt. Et vidēs fici arbo
rē vnā ſec⁹ viā, venit ad
eā: & nihil inuenit in ea
niſi folia tātùm, & ait illi,
Nūquā ex te fructus na-
ſcatur in ſempiternū. Et
arefacta eſt cōtinuò ficul
nea. Et vidētes diſcipuli
mirati ſunt dicētes, Quo
modò cōtinuò aruit? Re

S. Marcus.

ET introiuit Ieroſoly-
mam in templum: &
circunſpectis omnibus,
cùm iam veſpera eſſet
hora, exiit in Bethaniam
cum duodecim. Et alia
die cùm exirent à Betha
nia, eſuriit. Cumque vi-
diſſet à longè ficum ha-
bentem folia, venit ſi-
quid fortè inueniret in
ea. Et cùm veniſſet ad eā
nihil inuenit præter fo-
lia. non enim erat tem-
pus ficorum. Et reſpon-
dens dixit ei, Iam nō am
plius in æternum ex te
fructum quiſquam man
ducet. Et audiebant di-
ſcipuli eius. Et veniunt
Ieroſolymā. Et cùm in-
troiſſet in templum, cœ-
pit eiicere vendentes &
ementes in templo, &
menſas numulariorum,
& cathedras vendentiū
columbas euertit. & nō
ſinebat vt quiſquā trāſ-
ferret vas per templum:
& docebat, dicens eis,
Nónne ſcriptū eſt, Quia
domus mea, domus ora
tionis vocabitur omni-
bus gentibus? Vos autē
feciſtis eam ſpeluncam
latronum. Quo audito,
principes ſacerdotum &

S. Lucas.

ET in-
greſ-
ſus in
tem-
plum, cœ-
pit eiicere
vendentes
in illo &
ementes,
dicens illis,
Scriptum
eſt, Quia
domus
mea, do-
mus oratio
nis eſt. Vos
autem feci
ſtis illam
ſpeluncam
latronum.
Et erat do-
cēs quoti-
die in tem-
plo. Princi
pes autem
ſacerdotū
& Scribę &
Principes
plebis quę-
rebant illū
perdere: &
non inue-
niebant
quid face-
rent illi.
Om

S. Iohannes.

S. Matthæus

ſpondens autem Ieſus, ait eis, Amen dico vobis, ſi habueritis fidem, & nõ hæſitaueritis, non ſolũ de ficulnea facietis ſed & ſi mõti huic dixeritis, Tolle & iacta te in mare: fiet. Et omnia quæcũque petieritis in oratione credẽtes, accipietis. *116.

S. Marcus.

Scribæ querebant quomodo eum perderent. timebant enim eum: quoniam vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius. Et cùm veſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate. Et cùm manè tranſirent, viderunt ficum aridam factã à radicibus. Et recordatus Petrus, dixit ei, Rabbi, ecce ficus cui maledixiſti, aruit. Et reſpondens Ieſus ait illis, Habete fidem Dei. amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti, Tollere & mittere in mare, & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit quia quodcunque dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Et cùm ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquẽ: vt & pater veſter qui in cælis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. Quòd ſi vos non dimiſeritis: nec pater veſter qui in cælis eſt, dimittet vobis peccata veſtra. *116.

S. Lucas.

Omnis enim populus ſuſpenſus erat audiẽs illum. *116.

S. Iohannes.

CAP. 116. *Principibus ſacerdotum & Scribis interrogantibus, qua poteſtate doceret populum, Chriſtus proponit quæſtionem de Baptiſmo Iohannis, & parabolam de duobus filijs patri diſsimiliter obtemperantibus, altero quidem, verbo, & non re, contrà autem altero, re & non verbo.* Mat. 21. * 115. *Mar.* 11. * 115. *Luc.* 20 * 115.

S. Matthæus

ET cũ veniſſet ĩ tẽplũ, acceſſerũt ad eũ docẽtẽ prĩcipes ſacerdotũ & ſeniores populi, dicẽtes, In qua poteſtate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc poteſtatem? Reſpondens Ieſus dixit eis, Interrogabo vos & ego

S. Marcus.

ET veniunt rurſus Ieroſolymã. Et cùm ambularet in Templo, ac-

S. Lucas.

ET factũ eſt ĩ vna dierũ docẽte illo populũ in tẽplo & euãgelizante, cõuenerũt prĩcipes ſacerdotũ & Scribę cũ ſenioribꝰ, & aiũt dicẽtes ad illũ, Dic nobis, ĩ qua poteſtate hęc facis? aut, Quis eſt ꝗ dedit tibi hãc poteſtatẽ?

S. Iohannes.